Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



16

pertimescat. blandimenta mundi respectu intimo terro
re despiciat. terrores aut consi derato interne dulce
dinis blandimento contempnat. Unde superne quoq;
uocis imperio in utroq; humero sacerdos uelamine sup
humeralis astringitur: ut contra aduersa ac prospera
uirtutu semp ornamento munat. Quatinus iuxta uoce
pauli per arma iusticie ad dextris sinistrisq; gradiens
cum ad sola que anteriora sunt nititur: in nullo delecta
tionis infime latere flectat. non hunc prospera eleuent.
non aduersa perturbent. n blanda usq; ad uoluptate
de mulceant. non aspera usq; ad desperatione premant.
ut dum nullis passionib° intentione mentis humiliat.
quanta in utroq; humero sup humeralis pulchritudine
tegatur ostendat. Quod recte ait super humerale
ex auro hyacinto purpura bistincto cocco. & torta fie
ri bysso precipit. ut quanta sacerdos clarescere uirtutu
diuersitate debeat demonstret. In sacerdotis quippe
habitu ante omnia aurū fulget. ut in eo intellectus
sapien tie principalit emicet. Cui hyacinctus qui
aereo colore resplendet adiungitur. ut per omne
qd intelligendo penetrat. non ad fauores infimos.
sed ad amore celestiu surgat. ne dum suis incautus
laudib° capitur: ipso aia uertatis intellectu uacue
tur. Auro quoq; atq; hiacincto purpura permiste